



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 39. Continuatur vita Raymundi Lulli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Continuatur vita Raymundi Lulli.

Sub Bonifacii pontificatu Romam rediit Raymundus Lullus: igitur, quæ huic porro acciderint, nunc enarrabo. Anno 1287 Parisios delatus, jubente Universitatis Cancellario Bertoldo Dionysopolitano suum de *Arte Generali* librum palam exposuit: visaque Parisina litteras discendi methodo, sub annum 1289 Cesteronem reversus ibi suam *Inveniendæ Veritatis Artem* composuit, quam Genuæ dein Arabico sermone tradidit. Inde Romam secundo profectus, cum regnaret Nicolaus IV, an. 1291 instabat, ut exstruerentur cœnobita pro studio linguarum Orientis, ac militares Ordines conjungerentur. At cum rem parum promovisset ob negotia tunc Romanam curiam occupantia, Genuam rediit transiturus ad ethnicos tentandi causa, quid solus facere posset, ut adjungerentur Christo. Sperabat enim, se, si cum doctis eorum viris loqueretur, per artem suam eis demonstraturum mysteria SS. Triadis, & naturæ divinæ cum humana junctæ. Hoc ejus propositum, cum Genuæ innotuisset, magnopere probabat populus. Sed ad iter accincto, postquam suos libros & sarcinulas jam in

Sup. lib. 88.

f. 45.

Vading.

1295. n. 15.

Boll. to. 23.

Inveniendæ p. 645. 663.

p. 664.

B b 5 navem

Sæcul. XIII navem portandas curaverat, subito in
A.C. 1295. mentem venit se, post suum adventum
 occisum illico a Saracenis, vel saltem
 perpetuo carceri addictum iri: proin-
 hærebat Genuæ. Aucta vero navi
 suum abjectum animum & offensionem
 hominum adeo erubescens, ut æger
 decumberet, frustra reluctantibus ami-
 cis, antequam curatus esset, concendit
 aliud navigium Tunetum iens. Illic
 bona delatus valetudine, congregatis
 sensim Musulmannis doctioribus, Chri-
 stianæ, agebat, fidei rationibus probe
 instructus religionis vestræ argumenta
 cognitum veni, ut amplectar eam, si
 hæc fortiora videro. Auditis illorum
 rationibus respondit facile, adjungens:
 Quivis homo sapiens debet sectari fi-
 dem, quæ Deo plus bonitatis, poten-
 tiæ, gloriæ, ac perfectionis attribuit,
 & quæ causam primam inter ac ef-
 fectum ejus majorem statuit conve-
 nientiam. Sic per ratiocinationes me-
 taphysicas summa illis mysteria, quo-
 rum meminimus, probare studens, se
 multis ea persuasisse credebat, quos
 præparabat ad baptismum: cum Mu-
 sulmannus quidam, vir spectatus, Regi
 Tunetano exposuit, hunc Christianum
 evertere ipsorum religionem conari, o-
 rabatque, ut eum securi percuti jube-
 ret. Rex inito consilio inclinabat ad
 Ray-

Raymundi cædem: sed a prudente Mu- Sæcul. XIII.
fulmammo alio mutatas, satis habuit præ- A.C. 1295.
cipere, ut homo protinus pelleretur ex
regno, lapidibus obruendus, si rediret:
ac revera parum abfuit, quin alius Chri-
stianus ei similis lapidum grandine ejus
loco peteretur.

Raymundus Tuneto Neapolim pro-
fectus, artem ibi suam docere, ac libros
componere pergebat, mansitque inibi us-
que ad electionem Papæ Coelestini. Re-
versus deinde Romam Bonifacio VIII
commendabat res tamdiu in visceribus
ac medullis hærentes sibi, præcipue in-
stituendum studium linguarum Orientis:
sed nihilo plus effecit, quam alias. Id-
circo Genuam, & postea Parisios rediit,
ubi agebat mense Augusto 1298.

p. 446.

Papa Coelestinus Patriarcham Hie-
rosolymitanum creaverat Radulphum
Granvillanum ex Ordine Prædicatorum,
& Parisiis consecrandum curaverat an.
1294. At Bonifacius VIII Radulpho
Romam delato subrogavit quendam
Landulfum nomine, quem Syris Re-
gibusque Cypri & Armeniæ commen-
davit.

Nang. to. II.
Spic. p. 589.
Papebr. to.
14. p. 70.
Rayn. 1295.
n. 48.